



**El último rey, Tarquinio el Soberbio es expulsado de Roma. La monarquía es abolida y surge el consulado.**

**NOTAS**

Ardea, -ae f *Ardea*, es una ciudad del Lacio

accepere 3º per.pl. pret. perf. ind.  
= acceperunt

Harum rerum nuntiis in castra perlatis, cum re  
nova trepidus rex pergeret Romam ad  
comprimendos motus, flexit viam Brutus (senserat  
enim adventum) ne obvius fieret. Eodemque fere  
tempore, diversis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius 5  
Romam venerunt. Tarquinio clausae sunt portae  
exsiliumque indictum est; liberatorem urbis laeta  
castra accepere, et exacti sunt inde liberi regis... L.  
Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et  
viginti. Regnatum est Romae ab condita urbe ad 10  
liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. Duo  
consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis (ex  
commentariis Servi) creati sunt, L. Iunius Brutus  
et L. Tarquinius Collatinus.